

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

37

1476 agosto 13, Ind. IX, Gravina di Puglia

† In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate eiusdem millesimo quadricentesimo
septuagesimo sexto. Regnante... Ferdinando Dei gratia
Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege, regnorum... eius
anno decimo octavo,... mense augusti, die tertio decimo
eiusdem, none indictionis, in civitate Gravina.

Nos Miccolus de Vulpibus de dicta civitate... ad
contractus in dicta civitate... tantum regia auctoritate
iudex, Eustasius de Danesiis de civitate Mathere,
puplicus ubilibet per totum... regnum Sicilie citra
farum regia auctoritate notarius, diaconus Nicolaus
de Abbamonte, notarius Spardillarus de Ecclesiis,
Braczaliantus de Vincellis et Lucas de Pinnellis, testes...
de affata civitate,... fatemur... quod... constitutis...
notario Falcianto de Caldaronis de... Gravina et
Pascarosa Petrucii de Pecza, de civitate Mathere, civi
et habitatrice eiusdem civitatis Gravine,... uxore... dicti
notarii Falcianti,... et Iuliano Filippi de Murgingho, de
eadem civitate Mathere,... prefati... notarius Falciantus
et Pascarosa... asseruerunt... habere... griptam unam cum
platea ante ipsam, sistenti dicta platea in communi et
pro indiviso cum platea Iohanne de Guricho, relicte
quondam... Petrucii de Pinellis, ac cum duabus foveis
intus in dicta gripta et cum cisterna una ab aqua
intus in dicta platea, sitam... in civitate Mathere
intus in Saxo Caviolo, in pictagio ecclesie Sancti
Benedicti, iuxta griptam et plateam prefate Iohanne
de Guricho, iuxta frontem ipsius gripte, iuxta griptam
et palatiolum discopertum heredis quondam Nicolai
de Liucia, iuxta viam puplicam... et placuit eisdem
iugalibus dictam griptam... vendere.... Eapropter prefati
notarius Falciantus et Pascarosa,... stante... cum eadem...

Agustino de Pascali Peppo, eius nepote, de dicta civitate Gravina pro suo munduo electo et petito per eam, dato sibi per nos iudicem et notarium ac per Miniscalcum de Iudice Angelo, de... Gravina, baiulum credencerium pro presenti anno none indictionis baiulationis.... Gravine et eius curie confirmato, consentiente et auctorizante sibi in tota serie huius... instrumenti et non ultra,... vendiderunt prefato Iuliano Filippi de Murgingho... supradictam griptam... pro... pretio unciarum octo...

† Ego Miccolus de Vulpibus reginalis ad contractus iudex interfui et me subscripsi

† Ego diaconus Nicolaus de Abamonte de Gravina qui supra testis me subscripsi

† Ego notarius Sbardillatus de Ecclesiis de Gravina qui supra testis interfui et me subscripsi

† Ego Lucas de Pinnellis de Gravina qui supra testis sum

† Ego Brazaliantes de Vincellis de Gravina qui supra testis me subscripsi